



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 81. Titulus primus de cultu divino.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**Sæcul. XVI.**

A.C. 1584

nodos, in quibus fidei professionem a Pio IV. editam amplectentes statuta Tridentini Concilii decretis oppido consona fanciebant, ac præprimis mense Septem bri hoc anno Domini millesimo quin gentesimo octogesimo quarto Reginaldus Belnensis Bituricensis Archiepiscopus ejusmodi Concilium in sua urbe celebrabat, cui iphus præfuit, assistentibus Petro de la Baume in Alvernii sancti Flori Episcopo, Hebrardo Sulpicio Cadurcensi, Joanne Albasplna Lemovicensi, Adamo Uterlupo Mimatensi Episcopo præter Claramontani, & Castrensis Capituli Deputatos; eo enim tempore hi Episcopatus suis Pastoribus orbati erant: Episcopi vero Ruthenensis, Tullensis, Albiensis, & Vabrensis duntaxat suos Vicarios Generales eo ablegabant: præterea NARBONNENSIS, Burdegalensis, Auxitanus, & Tolosanus Archiepiscopi utpote Primatis juribus, & Bituricensis Patriarchatus jurisdictioni obnoxii a Præside ad hanc Synodum invitabantur: nullatenus tamen comparebant, caussati, se ob pervetustam Aquitanici Primatus jurisdictionem exemptos esse.

### §. LXXXI.

#### *Titulus primus de cultu Divino.*

Hujus

Hujus Concilii statuta quadraginta Sæcul.XVI.  
sex articulos complectuntur, qui- A.C.1584.  
bus fidei professio a præsentibus Præ-  
latis, ac Synodi membris emitenda Labb. l. c.  
præmittebatur: primus vero titulus,  
qui de adoratione, invocatione, &  
cultu Dei agit, ad undecim Canones  
restringitur, in quorum primo hæc ha-  
bentur: *adorantes, & ad orationem stan-  
tes videant, ut omnis aliena cogitatio ab-  
scedat, nec quidquam tunc animus cogitet,*  
*præter id solum, quod precatur.*

Canon II. *Christus Dominus pacis,*  
*& concordiae Magister, qui docuit unita-*  
*tem, sic orare unum pro omnibus voluit,*  
*ut omnes in uno ipse portavit: facit habi-*  
*tare unanimis in domo, & Apostolos do-*  
*cuit unanimiter perseverare in oratione: &*  
*qui dixit, ubi duo, aut tres fuerint con-*  
*gregati in nomine meo, in medio sum eorum,*  
*quomodo non aderit multitudini fidelium ad*  
*honorem, & gloriam ejus congregatae? ut*  
*itaque publica, & communis oratio rite,*  
*& solemniter fiat, psallant omnes clerici,*  
*uno ore, & concentu cum choro.*

Canon III. *Vernacula lingua publice*  
*psallere, aut orare, nemini, nisi Concio-*  
*natori populum ad devotionem excitanti li-*  
*ceat, ne inde temere judicandi de sacris my-*  
*steriis, & sensu Scripturæ cuiquam de-*  
*tur occasio.*

K 5

Canon

## Sæcul. XVI.

A. C. 1584.

Canon IV. *Nemo, etiam Laicus, nisi cauſa necessitatis, egrediatur Eccleſiam inter Miſſarum Solemnia, sed tan- tum officio Miſſæ expleto, & benedi- cione data.*

Canon V. *Divina publica officia non quando cuique libuerit, sed propriis, & certis horis, & secundum antiquum cu- jusque Ecclesiæ ritum celebrentur.*

Canon VI. *Non cantentur in Ec- clesia cantica absurdæ, nova, & non pro- bata: siquæ sint consuetudines in contra- rium pravæ, quæ potius corruptelæ di- cendæ sunt, penitus aboleantur.*

Canon VII. *Nemo deambulet, aut obſtrepat in Ecclesia tempore divini officii, sub pœna excommunicationis, & ubi o- pus fuerit, brachii sacerularis auxilium im- ploretur.*

Canon VIII. *Introeuntes Ecclesiam, divini officii, ſive celebrandi, ſive audiendi gratia, frontem aqua benedicta aspergant, & signo Crucis ſeſe muniant, ac genu flexo adorent, praefertim Clerici, ſimil atque Chorum ingressi erunt.*

Canon IX. *Ut commode, & certa ratione omnes orare possint, providebunt Episcopi, ut miſſalia, breviaria, lege- naria, manualia, & codices precum, ſi defuerint, reſtituantur; ſi emendatione o- pus habuerint, corrigantur Cleri impensis, quæ in ipsorum librorum diſtributione re- ſarcien-*

sarcientur. Siquæ Ecclesiæ hactenus usæ Sæcul. XVI.  
sunt veteri officio Romano, nuper refor- A.C. 1584  
matum ex Concilii Tridentini decreto re-  
cipere cogantur.

Canon X. Quoniam plerumque de-  
cipimur specie recti, & solet inimicus ho-  
mo bono semini superseminare Zizania, sparsi-  
que sunt in vulgus varii codices precum, præ-  
sertim vulgari lingua conscripti: omnes ejus-  
modi codices hæc Synodus rejicit, nisi  
quos Episcopus probaverit.

Canon XI. Traditiones Ecclesiasticæ  
ita observentur, ut a Majoribus sunt ac-  
ceptæ, nec aliorum contrario more sub-  
vertantur, veteresque Ecclesiarum, ac diœ-  
ceseon ceremonie, & ritus, nonnisi cum  
consilio Episcopi, & causa cognita rej-  
ciantur, aut immutentur.

### §. LXXXII.

#### *Titulus II. de Fide.*

Alter titulus agit de fide, a qua vera Labb.  
adoratio nascitur, & quasi fovetur, pag. 1071.  
quam in rem ex capite nono sancti Joani-  
nis cæci nati miraculum adducitur:  
hic autem titulus septem complectitur  
Canones, in quorum primo Synodus  
præcipit, ut omnes promovendi ad ordi-  
nes, & beneficia Ecclesiastica, seu etiam  
officia, profiteantur omnes, & singulos  
articulos fidei, in Bulla Pii IV. conten-  
tos: quod qui præstare noluerint, arcean-  
tur: